IOHANNES DE ALTA SILVA. PS.-GUALTERUS BURLAEUS. NIGELLUS DE LONGO CAMPO

Tirol (?), 1. Hälfte 15. Jh. Seite 232v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Iam que reversus adest totiens quotiens que relatus
Et vice conversa res variata fuit
Ad interim ipsius regis pervenit ad aures
Et rumor lapidis se referentis ita
Cuius novitate rei ductus precepit adesse
Non lapidem solum sed simul hunc et eos
Partibus a cunctis impetus cum divite pauper
Intrat et ingressus atria lata patet
Sub dampno capitis sub condicione et verbis
Sub que fide regi quoque tenentur ei
Rex iubet ut seriem facti que tenorem
Noverit impune dicat et absque metu
Que sit causa latens quod non ratione lapillum
Collatum totiens nil retinere queat
Unde sit ablatus vel qua ratione receptus
Quod sit ei nomen gloria siqua latet

Responsio Bernhardi

Surgit ob hanc vocem postea que silentia solus
Bernhardus regis procidit ante pedes
Exurgensque statim positoque timore resumptis
Viribus exhibitis ora resolvit ita
Quatuor in puteum numquam totidem profundum
Ex quibus unus homo tres fuere fere
Hortus omnis ei fuit interdictus et esset
Tempus in omne suum in mea cura fuit
Namque loci talis puteus fuit ordine tali
Dispositus terra nocte tegente diem
Dum nemus ingrederer solus comitate asello